

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3372

Auteur(s) : Renaud de Ville-Thierry [particulier]

Bénéficiaire(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : ...1220...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Renaud de Ville-Thierry, Barthélemy Dreux et Jean de Porte rapportent à Philippe [II], roi de France, les valeurs des revenus et des terres des héritiers du comte d'Alençon.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 283, p. 42-43.

Dissertation critique

Datation proposée par L. Delisle.

Texte établi d'après a

Excellentissimo Domino suo, Philippo, Dei gratia, Francorum Regi illustrissimo, Renaldus de Valle Terrici, Bartholomeus Droc, Johannes de Porta, salutem. Noveritis quod nos per preceptum vestrum assedimus heredibus comitis R. de Alancone pro excambio de Esseio hos reditus et hanc terram subscriptam : in honore de Escocheio, census feodales valent annuatim C. solidos ; alii census cum estallis XL solidos, hala valet XXV solidos ; aqua valet XL solidos ; mansure bladii, LX solidos ; mensure vini, XII solidos, nundine septembbris, cum uno foro in ebdomada sequenti, IIII libras ; tres furni XLV solidos ; molendinum de Foletera, remota decima, C. solidos ; molendinum de Ouna valet XXVIII libras ; prata valent IIII libras et dimidiam ; esclusa Mutrerri V solidos ; duo capones, VIII denarios ; mercatum cum transitu et obolo, XXVII libras et dimidiam ; in prepositura Willelmi de Tilleio, LXX solidos ; prepositura de Gol, C. solidos ; Rogerus Gaudin reddit L lances ad natale Domini ; summa C. libras CVII solidos VIII denarios, de quibus moniales Fontis Ebraudi capiunt annuatim pro elemosina sua XX libras ; abbas Becci, X libras ; abbas Terre LX solidos ; leprosi, VIII solidos VIII denarios ; et remanent prefatis heredibus LXXII libre turonensium, XII denariis minus. Ista sunt feoda militum que eisdem assedimus, videlicet : Nicolaus de Auteu pro dimidio feodo lorice, de feodo de Escocheio ; Willelmus de Boci et Girardus de Boci, dimidium feodum de eodem feodo ; item Girardus et Willelmus de Veteri Ponte et Adam de Chantelo, dimidium feodum de eodem feodo ; Girardus de Mesn., Radulfus de Fonteneio et Rogerus de Lignon, dimidium feodum de eodem feodo ; Oliverus de Sancto Audoeno, unum feodum de feodo Castri Gonteri ; Girardus unum feodum de eodem feodo ; Johannes de la Kerneille unum feodum de feodo Braose ; Robertus de Pointel, unum feodum de eodem feodo. Item prefati heredes habent pro excambio Burse totum boscum qui dicitur Chaumont, et Rokam Helois totam et omne hoc quod vos habebatis in bosco de Gol et de foresta de Escoves a capite deversus Quarroges usque ad veterem cheminum quo itur de Argentomo ad Alanchonem directe sursum ad cheminum rocherez et a

chemino illo directe in vallem usque in vadum Foresteriarum, salvo jure cuiuslibet in omnibus boscis supradictis.
In cuius rei testimonium, presens scriptum sigillis nostris confirmavimus.